Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift



91

Consideraſti iſta omnia. Conſideraui inquiſ. Vnde conſideraſti. Ipſe conſi
derator apparet. Ipſe enim conſidator iſtorum omnium diſcriminator.
diſtinctor. et quidam appenſor. in libra ſapientiae animae. Sine du
bio melior eſt animus quo iſta omnia cogitaſti. quam iſta omnia quae cogitaſti.
Animus igitur iſte ſpiritus eſt non corporis. Tranſi et ipſum. Comparare ipſum animum pri
mo. ut uideas quantus eſt. Comparare illum carni. Abſit. ne digneris com
parare. Comparare illum fulgori ſolis. lunae. ſtellarum. maior eſt fulgor
animi. Primo celeritate ipſius animi uide. uide ſi non uehementior
ſcintilla eſt animi cogitantis quam ſplendor ſolis lucentis. Sole
orente tu uides animo. motum ipſius quam tardus eſt ad animum tuum.
Cito tu potuiſti cogitare quid factum eſt ſol. quam ille factus eſt. Ab
oriente ad occidentem uenturus eſt. iam ex alia parte eras orietur. ubi
hoc fecit cogitatio tua. Adhuc ille tardus eſt. et tu omnia peragraſti.
Magna igitur res eſt animus. ſi quomodo dico tranſi et ipſum. quia ipſe animus
mutabilis eſt. quam uis melior ſit omni corpore. Quodo nouit. mi
nouit. mi obliuiſcitur. mi recordatur. mi uult. mi non uult. mi pec
cat. mi iuſtus eſt. Tranſi igitur omnem mutabilitatem. non ſolum omne quod ui
detur. ſi et omne quod mutatur. Tranſi enim carnem quidem. tranſi celum.
ſolem. lunam. et ſtellas. que uidentur. tranſi et omne quod mutatur. iam enim
iſtis tranſactis uenerat ad animum tuum. ſi et ibi inueniſti muta
bilitatem animi tui. Nunquid mutabilis eſt deus. Tranſi igitur et animum
tuum. effunde ſupra animam tuam ut tangas dominum. de quo tacet. ubi
eſt deus tuus. Ne putes te aliquid facturum quod homo non poſſit. hoc fecit
ipſe iohs euangelista. Tranſcendit carnem. tranſcendit terram. quam
ad calcabat. tranſcendit maria quae uidebat. tranſcendit aerem ubi
altes uolitant. tranſcendit ſolem. tranſcendit lunam. tranſcendit
ſtellas. tranſcendit omnis ſpiritus qui non uidentur. tranſcendit mentem ſuam ip
ſa ratione animi ſui. Tranſcendens omnia iſta et effundens ſup
ſe animam ſuam. quo peruenit. Quid uidit. In principio erat uerbum. et
uerbum erat apud dominum. Si igitur ſeparationem non uides in luce. quid ſepara
tionem queris in ope. Vide dominum. uide uerbum. et inherere uerbo
dicenti. quia ipſe dicens non ſyllabis dicens. ſi ſplendore ſapientiae. ful
gere. hoc eſt dicere. Quid dictum eſt de ſapientia ipſius. Candor eſt
lucis aeternae. Adtende candorem ſolis. In celo eſt. et expandit can
dorem ſuum omnis terras. per maria omnia. et utique corporalis lux eſt.